Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in puncto Citationis coram competenti: proinde
in his renuit Comes parere et recte, Quia ex
tra territorium Jus dicenti impune non parebur.
l. ultima ff de Jurisdict. omnium Jud. Afflict.
decis. 2. n° 8. Gayl. obser. 48 n° 7. lib. 1. Et
quamuis hæc simpliciter negentur à Duce, rosq;
dubia reddatur (Negatio n. facit rem dubiam,
Felin. cap. si clericus 5 n° 1. de foro competenti)
Dux tamen in tali dubio extra parem Reichs
standt. Judex esse non potuit, sed huius discus=
sionem ad ordinarium rejicere debuit, maxime qd
principalis lis sit circa ipsam Jurisdictionem dubia
tamq; subiectam materiam, Comes n. ut Status
Imperij, mulctandi Jurisdictionem zu Dettes=
burgischen Waldbannes sibi vindicat. Contra
Dux ut Status sibi eandem asserit, concurrunt
ergo duo Status, qui eandem rem sibi adseri=
bunt, ergo neuter Judex competens est, sed su=
perior. Accedit quod Dux ne verbulo quidem
pro certo affirmare audet, ubi captus sit Holz=
hamerus, multoq; minus probat. Non autem suf=
ficit nudi ponere aliquid factum esse, sed necesse
est probare factum, et interdum etiam ut nostro
casu in specie ubi factum sit, alioquin de Jurisdi=
ctione et causæ iustitia constare non potest, cum
et Reus qui regulariter excipiendo fit Actor, exceptio=
nem suam probare teneatur l. 2. ff de Exception.

515